


SVperest ut de terræ ipsius spatij, quanta habitationi cesserint, quantaque sint inculta, referamus: id est, quæ sit singulorū dimensio cingulorū. Quod ut facile dinoscas, redeundū tibi est ad orbis terræ descriptionem, quam paulo antè subiecimus: ut per ascriptarū līnarum notas, ratio dimensionum lucidius explicet. Omnis terræ orbis, id est circulus qui uniuersum ambitum claudit, cui ascripta sunt a b c d, ab his quæ eum ratione dimensi sunt, in sexaginta diuisus est partes. Habet autē totus ipse ambitus stadiorū ducenta quinquagintaduo milia. Ergo singulæ sexagesimæ extenduntur stadijs quaternis milibus ducentis.

Et sine dubio medietas eius, quæ est à d, per orientem, id est per a, usque ad c, habet triginta sexagesimas, & stadiorū milia cētum uigintifex. Quarta uero pars, quæ est ab a, usque ad c, incipiēs à medio perustæ, habet sexagesimas qundecim, & stadiorum milia sexaginta & tria. Huius quartæ partis mensura relata, constabit totius ambitus plena dimensio. Ab a igitur usque ad p, quod ē medietas perustæ, habet sexagesimas quatuor: quæ faciunt stadiorū milia sexdecim cum octingentorū adiectione. Ergo omnis pusta sexagesimarum octo est, & tenet stadiorū milia trigintatria & sexcenta insup. Latitudo autem cinguli nr̄i qui tēperatus ē, id est à p, usque ad o, habet sexagesimas quinque: quæ faciunt stadiorū milia uiginti & unum. Et spatium frigidæ ab o, usque ad c, habet sexagesimas sex, quæ stadiorū tenent uiginti quinque milia ducenta. Ex hac quarta parte orbis terrarū, cuius mensurā euidenter exp̄ssimus, alterius quartæ partis magnitudinē, ab a, usque ad d, pari dimensionum distinctione cognosces. Cum ergo quantum teneat spheræ superficies, quæ ad nos est in omni sua medietate, cognoueris, de mensura quæque inferioris medietatis, id est à d, per b, usque ad c, similiter instruēris. Modo enim, quia orbē terræ in plano pinximus, in plano autem medium exprimere nō possumus, spherālē tumorē imitati sumus altitudinis intellectū à circulo, quæ magis horizon̄ quæ meridianus uidet. Cæterū uolo hoc mēte percipias, ita nos hāc protulisse mensurā, tanquæ à d, per a, usque ad c, pars terræ superior sit, cuius partem nos incolimus. Et à d, per b, usque ad c, pars terræ habeat inferior.

1 Sexagesima habet 4200 stadia
quot stadia habet 50
sexagesima facit
2 50000 sta.

Orides



bet triginta sexagesimas, & stadiorū milia cētum uigintifex. Quarta uero pars, quæ est ab a, usque ad c, incipiēs à medio perustæ, habet sexagesimas qundecim, & stadiorum milia sexaginta & tria. Huius quartæ partis mensura relata, constabit totius ambitus plena dimensio. Ab a igitur usque ad p, quod ē medietas perustæ, habet sexagesimas quatuor: quæ faciunt stadiorū milia sexdecim cum octingentorū adiectione. Ergo omnis pusta sexagesimarum octo est, & tenet stadiorū milia trigintatria & sexcenta insup. Latitudo au-

tem cinguli nr̄i qui tēperatus ē, id est à p, usque ad o, habet sexagesimas quinque: quæ faciunt stadiorū milia uiginti & unum. Et spatium frigidæ ab o, usque ad c, habet sexagesimas sex, quæ stadiorū tenent uiginti quinque milia ducenta. Ex hac quarta parte orbis terrarū, cuius mensurā euidenter exp̄ssimus, alterius quartæ partis magnitudinē, ab a, usque ad d, pari dimensionum distinctione cognosces. Cum ergo quantum teneat spheræ superficies, quæ ad nos est in omni sua medietate, cognoueris, de mensura quæque inferioris medietatis, id est à d, per b, usque ad c, similiter instruēris. Modo enim, quia orbē terræ in plano pinximus, in plano autem medium exprimere nō possumus, spherālē tumorē imitati sumus altitudinis intellectū à circulo, quæ magis horizon̄ quæ meridianus uidet. Cæterū uolo hoc mēte percipias, ita nos hāc protulisse mensurā, tanquæ à d, per a, usque ad c, pars terræ superior sit, cuius partem nos incolimus. Et à d, per b, usque ad c, pars terræ habeat inferior.

In celo easdem inesse Zonas quæ insunt terræ. Atque causam huius diuersitatis esse solem, qui ut accessu suo causa caloris est, ita recessu frigus inducit.

HOc quoque tractatu proprio sortito finem, nunc illud quod probandum promissimus asseramus, hos cingulos, & bene Maronem celo, & bene terræ assignasse Ciceronē: & utrunque non discrepantia, sed consona eademque dixisse. Natura enim cœli, hanc in diuersis terræ partibus temperiē nimitateque distinxit, & qualitas uel frigoris uel caloris, quæ cuilibet ætheris parti semel inhæsit, eadem inficit partem terræ, quā despicit ambiendo. Et quia has diuersitates quæ certis finibus terminant, cingulos in celo uocauere, necesse est totidē cin-